

Celsissime Princeps.

Dolco quidem, et serio dolco, non tam, quod litera
nostra ad S. R. M., Dominum nostrum Clementissimum
intercepta sint, cum intentio negotiationis nostra
ipsa Celsitudinis Vra Expeditione in manifestum
proferatur: Sed quod Sceleratissimum invenerint
interpretem, qui insidiosè verba nostra aut omisit
aut immutavit, nonnulli etiam Contraria Substituit,
adeoq; id imperitis intendit, ut S. Regiam Mai^{tem}
Sueciae et Celsam Vram cum Imperatore Romano
Germanico committat. Verum prout in omnibus
Criminationibus optimum Securitatis praesidium est
Conscientia: Ita in presenti causa nobis Solatio, quod
contra S. Caesarem Mai^{tem} vel agendi, vel negotiandi
vel tractandi nihil in mandato habuerimus,
ipsaq; Celsitudo Vra innocentia testimonium
nobis praeberè possit ac debeat, nos nihil horum
proposuisse, prout etiam à Celsis Vra nihil actum,
aut à nobis exactum est, quod teneram adhaec in-
ter S. R. et Caesarem Mai^{tem} amicitiam torere
possit. Non dubito itaq; literas interceptas
fuisse nostras, sed à Sceleratissimo nebulone inter-
pretatas, quam interpretationem uti in nata-
bilioribus ex autoorapho meo ad oemiram
conceptionem redeo, ita ut non possum non

duplici Stigmate notare, quod verba nostra:
Quando Ipse à Polonia et Austria simul
iraderetur, herilegã crenã ita falsaverit,
Quando Ipse Poloniam et Austriam simul
iraderet. Deus qui est ipse veritas, ipsos
falsitatum Magistros ita porro confundat,
propt haec coram toto orbe falsorum testimo-
niorum poenas dederunt. Interea Contra
interpretatas has literas toties, quoties in fran-
dem nostram allegabuntur, hisce protestor:
Deum Zebaoth ardentibus votis adorans,
ut celsitudinis Vrae arma iusta ac sancta ad
nominis sui gloriam, ac Christianitatis tran-
quillitatem concomitetur. Datum in Vrste
24. Januarij A. 1657.